Th. Petraeus Wiburg.

de philosophia.


Helmstadii, 1592.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 174 [14,-19 4°]




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 174 [14,-19 4°]


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 174 [14,-19 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 174 [14,-19 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 174 [14,-19 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 174 [14,-19 4°]

14,-19
DA Box
(LN bis 174)

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

5.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 174 [14,-19 4°]

DISPVTATIONIS PRIMAE PHYSICAE CONCLVSIONES DE PHILOSOPHIA

Quas

Domino, authore, fautore veritatis DEO *adiuvante.*

PRAESIDE

M. PAVLO SVTORIO HALBERSTADENSE,

In Illuſtri Academia Iulia

defendet

THEOCHARVS PETRAEVS VVIBVRGENSIS, DANVS.

27. Septembris.

HELMSTADII

Excudebat Iacobus Lucius, An. 1592.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 174 [14,-19 4°]

REVERENDIS ET CLARISSIMIS VIRIS.

D. M. PETRO THEOCHARO
VViburgenſi Epiſcopo, parenti colendiſſ.
Nec non affinibus meis venerandis
D. M. IACOBO IOANNI HOLMIO
Eccleſiarum Vanſalicarum Epiſcopo vigilantiſſ.
D PETRO IVONI VVIBVRGENSI
Medicinæ Doctori peritiſſ.
D. M. PETRO HOGIO
Eccleſiæ VViburg. Canonico.
D. M. CHRISTIANO FVCHSIO
Scholæ VViburg. Rectori fideliſſ.

Amoris ac obſervantiæ perpetuæ
ergô
Has meas de Philoſophia concluſiones conſecro,
dedico,

THEOCHARVS PETRAEVS
VVIBVRGENSIS. DANVS.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 174 [14,-19 4°]

Propoſitio.

Ne natura provida, infiniteq; bona, odio habere videatur ea, quæ fecerat, eorumq; interitu delectari, morbum animi, qui ut cum Gellio ex cap. 2. lib. 4. loquar, deteriorem uſum affert; curatura , Philoſophiam tanquam remedium adhibere voluit.

Theſis I.

CVm vero intellectus conſilio valeat, præſupponente notitiam verum inquirens, id voluntas appetit, quod verum ac optimum eſſe iudicatur ab intellectu.

II.

Philoſophiam igitur definire incipiemus, ut cognitâ naturâ rei, adiuncta, & quod adiunctis deſtinatum adhæret, cognoſcatur. Ariſtoteles lib. 6. & 8. Topico.

III.

Philoſophia autem eſt doctrina liberalium artium.

IV.

Et philoſophiæ vocabulum Pytagoras excogitaſſe dicitur apud Vallam: quod cenſeret neq; ſe, neq; illos qui vocabantur σοφοὶ, neq; alios ad ſapientiam, non magis quã ad felicitatem poſſe pervenire.

V.

Nam nec ad felicitatem, nec ad ſapientiam pervenire poſſumus.

VI.

Non ad felicitatem; quis enim eſt qui ita vivit, pro ut ratio ſuadet?

VII.

Contra Ariſtotelem enim ſtatuimus virtutem ex moribus non comparari, ducentem nos ſecundum Stephanum Theupolum, ad felicitatem.

VIII.

Quod enim uſitatiſſimum eſt apud homines, felices nos non reddit, ſed quod eſt optimum.

IX.

Cum vero beata vita ſit, quæ ſit naturæ ſuæ conveniens, in perpetua ſanitate perſeverans, is felicis nomen merebitur, qui ſit extra metum poſitus. Seneca lib. de vita beata, cap. 4.

X.

Et quia extra metum eſt poſitus, dolore vacat, ut voluptas nunquam poſſit dici, aut cogitari in æternum ſeparata à virtute; contra Senecam lib. de vita beata, cap. 7.

XI.

In æternum igitur voluptatem ſentiet, qui virtute eſt inſtructus, ſiquidem voluptas ſequitur virtutem tanquam comes inſeparabilis, ut etiamſi virtus aſpera ſentiat aliquando, in ſe tamen, & ex ſe voluptatem percipit.

XII.

Nec tamen voluptas eſt merces virtutis.

XIII.

Eaq; tamen bona eſt, non quia titillat, ſed quia bona eſt, titillat.

XIV.

Veram etiam ſapientiam aſſequi non poſſumus.

XV.

Cauſarum enim ex quibus ſapientia emergit, cognitio & obſervatio, tùm per defectum naturæ, tùm per breuitatem temporis obtineri non poteſt.

XVI.

Philoſophus igitur, cum nunquam quod expetit aſſequi poſſit, miſer erit, minimeq; ſapiens appellandus. Quà de re poſtea.

XVII.

Poſtquam vero contra Scaligerum lib. de cauſis lingvæ latinæ, cap. 4. primum definivimus; nunc de nomine & partibus dicemus.

XVIII

Philoſophia vel teſte Cicerone Tuſcu. quæſtionum lib. 5. explicatur, amor ſapientiæ.

Eſt au-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 174 [14,-19 4°]

XIX.

Eſt autem una philoſophia, ergo & una ſignificatio propria ac princeps nominis philoſophiæ, & ſi alia addatur, ſpuria & adventitia erit.

XX.

Nomen enim rei naturam imitantis, non eſt arbitrarium, ſed neceſſarium, pro ut à re exigitur.

XXI.

Vnus verò finis eſt ſignificationis vocabuli, ut videlicet rem confuſe exprimens, ad eſſentiam nos per ortum ſuum provehat. Scali. lib. de cauſis lingvæ lati. cap. 4. & de ſubtilitate, exercitatione 1.

XXII.

Quod uno modo intelligitur, id ſi uno vocabulo dicatur, ad alia traducto, errorem parit.

XXIII.

Hinc ſi res ſignificata, unum aliquid eſt, pro eo ut res una eſt, vocabuli una erit propria ſignificatio, quæ rem explicet.

XXIV.

Multiplicatis enim ſignificationibus vocabuli, res multiplicantur.

XXV.

Aliàs nomen non rei conveniret: quod tamen vel ipſe Ariſtoteles in Topicis maximè fieri iubet.

XXVI.

Contra Lieblerum ergo, unicam vocabuli philoſophiæ ſtatuimus eſſe ſignificationem, nec tropicè intelligatur, cum neceſſitas non flagitet, ne auditores perturbet.

XXVII.

Nomina enim teſte Cicerone in Topicis, ſunt notæ rerum.

XXVIII.

Philoſophiam Stoici dividunt in Logicam, Ethicam, Phyſicam.

XXIX.

Sed illa reiicienda, non quod ſit mutila, ſed quòd ſit diſtorta.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 174 [14,-19 4°]

XXX.

Non imperfecta, modo logica conſideretur quæ ſermonem,ſed tamen frequentius rationem ſignificet. Valla, lib. 3. cap.1.in logica ſua. XXXI.

Eſt diſtorta,quia Muſicam & Aſtronomiam ad Mathematicã transferunt. XXXII.

Quin Metaphyſicam peculiarem ſpeciẽ phyſicæ faciunt, cum maxime ſit logicæ conſiderationis. ut teſtatur Ramus in Metaphyſ: XXXIII.

Alii philoſophiam diſtribuunt in Theoriã & praxin, quæ reiicienda. XXXIV.

Non autem ut quidam volunt,quod non opponantur, cum in uſu concurrant partes videlicet, ſed quod diſtributio non ſit tam ex eſſentia, quam ex communi adiuncto.

XXXV.

Cum igitur nihil ex communi adiuncto definiatur, nihil etiam diſtribuetur ex communi adiuncto.

XXXVI.

Ex quo autem collecta eſt philoſophia, ex eo diſtribuatur neceſſe eſt. XXXVII.

Vſus ergo erit conſulendus.

XXXVIII.

Quibus enim principiis res inveniuntur, iis iudicantur & æſtimantur. XXXIX.

Senſus agit in naturam,quæ agit propter homines, ne tollatur & fruſtra ſit. XL.

Non enim propter angelos natura erit, quia non indigent ſcientia ex iis hauriendâ.

XLI.

Quò enim quid magis excellit, eo minus inopiâ & indigentiâ laborat. XLII.

Senſus agens,in res naturales rapit notiones, imagines rerum naturalium repræſentantes.

Quot

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 174 [14,-19 4°]

XLIII.

Quot igitur res naturales formaliter diſtinctæ, tot ſunt notiones.

XLIV.

Illa notio ſingularium iterata, efficit ſpeciem ac genus, & eorum æternitatem per ſucceſſionem conſervat. Iacobus Martinus Dunkeldenſis Scotus, lib. de prima ſimplicium & corporum generatione. cap. 11.

XLV.

Sic teſte Gilberto, natura occulte agit. Nam producendo ſingulare, producit univerſale.

XLVI.

Vbi autem eadem notio, ibi idem actus, ibi idem habitus, ibi eadem ſcientia. Hinc exurgit lex καθ' αὐτὸ.

XLVII.

Vtimur ergo phantaſmatibus, quibus ante lapſum non indigebat intellectus.

XLVIII.

Sed notiones ab habitibus diſcernuntur, ut generatio & intentio habituum detur.

XLIX.

Notio enim ex natura concepta, ſtatim ordinatur ad actus frequentandum, præſuppoſito ſcientiæ actu.

L.

Notiones ergo præeant actum oportet.

LI.

Quæ autem tempore differunt, inter ſe differunt.

LII.

Habitus ergo cum acquirantur actibus, & actus notionibus, notiones priores erunt habitibus, nec habitus ipſe erunt.

LIII.

Natura non errat, imo errare non poteſt, ne caſus detur.

LIV.

Caſus autem dari non poteſt in natura, præſertim cum natura ab infinito, infinitéq; ſapiente Deo, qui eſt Dominus naturæ, regatur.

 Imo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 174 [14,-19 4°]

LV.

Imo ſi natura erret, errabit Dominus naturæ, & Dominus naturæ erit vel finitus, vel invidus, vel ocioſus, nec providus. LVI.

Prouidentiæ enim eſt non creare, ſed creatis benè conſulere. Nemeſius in lib. περὶ φύσεως τοῦ ἀνθρώπου. cap. 44.

LVII.

Cum ergo natura non erret, id quod naturam imitabitur, eandem repræſentans, non errabit. unde lex κατὰ παντός. LVIII.

Quod ergo experientia nobis præbet, eſt immotum & conſtans. LVIIII.

Præcepta ergo artium ſunt conſtantiſſima ne auditor ſeducatur. LX.

Naturæ eſt officium, ut doceat.

LXI.

Cum ergo natura docere non poſſit, niſi generalia generatim proponantur, cùm alias auditor perturbetur: lex καθολικὴ apparet. LXII.

Hæ leges cum philoſophiam condant, rectè ſecundum Beurhuſ. in defenſione ſua ſunt fundamenta philoſophiæ.

LXIII.

Philoſophia verò, fundamenta philoſophiæ ex ſe non proponit, cum ea in naturalibus exemplis proponantur, ut contra Pythagoram, mens quæq; ſibi fingere non debeat, niſi in rebus naturalibus determinata inveniat, ut mens in naturalibus rebus potius ſit menſuratum quam menſurans. LXIV.

Præcepta ergo fundamenta repræſentantia, philoſophia nobis proponit. LXV.

Neq; ſtabimus à ſubtiliſſimi philoſophi ſententia, exiſtimantis ex uſu exemplorum præcepta artium eſſe examinanda.

Ne au-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 174 [14,-19 4°]

LXVI.

Ne autem memoriam negligamus, ordine philoſophiam proponamus neceſſe eſt. Hinc methodus.

LXVII.

Senſus agit in naturam, ut deſiderium intellectus expleatur.

LXVIII.

Iſtud vero deſiderium indigentiam arguit.

LXIX.

Vnde nihil eſt in intellectu per ſenſum acquiſitum, quin prius fuerit in ſenſu; alias intellectus intelligit ſeipſũ intelligere, quod poſtea confirmatur per munia ſenſus.

LXX.

Agit tamen & intellectus in ſingularia cum ſenſibus, at diverſimode.

LXXI.

Et ſingularia ingrediuntur in artem, non ut eſſentialia, ſed ut exempla.

LXXII.

Intellectus etiam perficitur quodammodo per ſcientias notionum, cum paululum intellectus demulceatur.

LXXIII.

Verum intellectus nunquam, nec in futura vita perfectus fieri poteſt, cum ſemper futurum videat, quod deſideret.

LXXIV.

Nunquam enim contentus erit ijs quæ habet, cum non exæquent inclinationem.

LXXV.

Illa autem inclinatio, contra alios non eſt privatio, ſed potentia: ne à privatione ad habitum progrediamur.

LXXVI.

Inclinatio enim eſt aptitudo recipiendarum plurium ſcientiarum.

LXXVII.

Inclinatio ergo eſt aliquid, & ens reale.

LXXVIII.

Privatio vero eſt ens rationis, ergo cum potentia & inclinatione non idem.

Et ſi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 174 [14,-19 4°]

LXXIX.

Et ſi appetitus ille eſſet privatio, inclinaret ad ſui deſtructionem, cum hæc ſit natura privationis.

LXXX.

Quin ſi appetitus eſſet privatio, nihil eſſet, & nullus eſſet humanus labor, vergens ad percipiendum ſcientias.

LXXXI.

Potentia cognoſcendi eſt naturalis, ergo & actus

LXXXII.

Et actu eſt potentia, cum ſit ſcientia per quam definitur, & non in ſcientia, ſiquidem quod in re eſt, per id res definitur.

LXXXIII.

Definitur autem quod ſit potentia cognoſcendi,

LXXXIV.

Jlla autem ſenſuum operatio, ſingulariumq; productio, maxime eſt neceſſaria, ne intercipiatur ſcientia, visq; diſcendi in intellectu à prudente DEO, fruſtra ſit homini conceſſa.

LXXXV

Intellectus intelligit actionem ſuam, ergo fruſtra non aget, ſi agat ut ſemper agat.

LXXXVI.

Actio reſpondet agenti, & cum agens in bonum agat, actio non intendet malum.

LXXXVII.

Actus ergo ſecundus, intellectus reſpondebit priori, à quo dependet.

LXXXVIII.

Intellectus ergo ſecundum Ariſtotelē, contra Platonē diſputantem tabulæ raſæ omnimodo aſſimilari non poteſt, cum ſibiipſi inſcribat noëmata, nec ab aliis inſcribi patiatur, quod tabulæ raſæ accidit.

Verum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 174 [14,-19 4°]

LXXXIX.

Verum ſenſus cum intellectu agens in res naturales, animadvertit omnes res aut eſſe rationis, aut orationis, aut naturæ, aut morum.

XC.

Hinc artes diſtribuuntur, quæ ſunt materiæ philoſophiæ, in generales & ſpeciales.

XCI.

Generales, quæ omnibus rebus applicari poſſunt, notionesq; generales complectuntur.

XCII.

Suntq; vel rationis, ut Logica, vel orationis, ut Grammatica, Rhetorica.

XCIII.

Speciales ſunt quæ ſpeciales notiones compræhendunt, & ſpecialibus rebus applicantur.

XCIIII.

Suntq; vel naturæ, ut Mathematica & Phyſica; vel morum, ut Ethica. Mathematicæ partes ſunt, Arithmetica, Geometria. Phyſicæ partes ſunt, Sphæra, Aſtronomia, Medicina, Muſica &c. Ethicæ partes ſunt Oeconomica, Politica, & Iuriſprudentia.

XCV.

Scientia ergo omnium rerum ex Philoſophia capi poteſt, ut & naturaliter loquendo, non plus ſcientiæ obtineamus, quàm Philoſophia permittit.

XCVI.

Hinc conciliaturus ſibi nomen Philoſopi: Philoſophiam non ſolum diſcet, ſed ad uſum transferet, cauſas rerum cum effectis aliisq; proprietatibus & affectionibus inquirendo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 174 [14,-19 4°]

Corollaria

I.

QVæ non ſunt eadem, de iiſdem non poteſt fieri idem iudicium.

II.

Oculus modum videndi non novit, intellectus modum intelligendi novit.

III.

Non omnis cognitio eſt à ſenſu, cum per ſenſum non ita tranſeant, quorum eſt cognitio.

IV.

Appetitus intellectus eſt voluntas,

Quæſtiones.

I.

An cognito habitu primæ ſcientiæ, cognoſcatur habitus centeſimæ?

II.

An ſcientia intellectus à priori, an à poſteriori iudicetur?

III.

An liberè, an vero coactè homo fuerit detruſus ad ignorantiam?

IV.

An authoritas ſit admittenda?

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 174 [14,-19 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 174 [14,-19 4°]